

Quibus omnibus, & singulis illorum tenores, presentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum die 7. Septemb. 1643. An. XXI.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 7. Septembris 1643. Pontificatus nostri Anno XXI.

DCCLXIV.

Ut deinceps Consilarii, ac Promotores Fiscales, necnon Inferiores Inquisitores Hispaniarum, esse debeant constituti in Sacris tempore suarum deputationum.

Ex Regest. in Secret. Breve.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Causae faciendi Litterarum.

§.1. CUM in officiis, & Tribunalibus tam generalibus, quam particularibus S. Inquisitionis adversus omnem haereticam, & apostaticam a fide Christiana pravitatem in Castellae, & Legionis, ceterisque Hispaniarum, & ab eis dependentibus Regnis, Principatibus, & Dominiis Charissimo in Christo filio nostro Hispaniarum Regi Catholico mediate, vel immediate subiectis, multa negotia Ecclesiarum, personarumque ecclesiasticarum concernentia tractentur, & propterea non deceat tractatibus, & negociis hujusmodi personas laicas intervenire.

Decretum, de quo in Rubric.

§.2. Idcirco Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium adversus haereticam pravitatem Inquisitorum generalium in universa republica christiana ab hac Sancta Sede Apostolica specialiter deputatorum consilio, motu proprio non ad alicujus Nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, ut omnes, & singuli Consultores, seu Consilarii, ac Procurator, seu Promotor Fiscalis, tam Supremi Tribunalis, quam Inquisitores, & Procuratores, seu Promotores Fiscales inferiorum Tribunalium dictae Inquisitionis sint, & actu esse debeant in Sacris Ordinibus, seu eorum aliquo saltem constituti, tempore, quo ab Inquisitore generali in dictis Regnis, Principatibus, & Dominiis nunc, & pro tempore a Sede praedicta deputato assumuntur, seu deputabuntur, alioquin illorum assumptio, & deputatione nulla sit, & inanis eo ipso, nullumque omnino jus, vel titulum sic assumptis, seu deputatis tribuat, apostolica auctoritate, tenore praesentium perpetuo statuimus, & ordinamus.

Clausula.

§.3. Sicque, & non aliter in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Inquisitores, & Tribunalia hujusmodi, necnon Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, etiam de latere Lega-

tos, & quoscumque alios quavis potestate fungentes nunc, & pro tempore existentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si fecerit super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariorum derogatio.

§.4. Non obstantibus Apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, & synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon Officii Inquisitionis, & Tribunalis praedictorum, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die vigesima tertia Septembris 1643. Pontificatus nostri Anno XXI.

Datum die 23. Septemb. 1643. An. XXI.

DCCLXV.

Ut deinceps Inquisitores generales non deputent Inquisitores, ac Notarios de secreto nuncupatos, supranumerarios in Regnis Hispaniarum sub nullitatis pena.

Ex Regest. in Secret. Breve.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

§.1. CUM, sicut accepimus illi, qui ab hac Sancta Sede Apostolica generales Inquisitores adversus omnem haereticam, & apostaticam a fide Christiana pravitatem in Castellae, & Legionis, ceterisque Hispaniarum, & ab eis dependentibus Regnis, Principatibus, & Dominiis charissimo in Christo filio nostro Philippo Hispaniarum Regi Catholico mediate, vel immediate subiectis pro tempore constituti, & deputati fuerunt, ordinationes, & acta Tribunalis Inquisitionis generalis hujusmodi non usquequaque haecenus servaverint, quippe qui absoluta potestate in electionibus ministrorum dicti Tribunalis tam Inquisitorum, quam Notariorum de secreto nuncupatorum usi fuerunt, multoque supranumerarios constituerunt, unde gravia incommoda, & perturbationes oriuntur.

Causae faciendi Decreti.

§.2. Hinc est, quod Nos abusus hujusmodi e medio tollere, & perturbationibus praedictis in futurum causam praecidere, utque laudabiles observationes, ac litterae stabilitae, & dispositiones in Tribunali praedicto

Decretum, de quo in Rubric.

dicto factae pro bono, & servitio Ecclesiarum illarum partium inviolabiliter deinceps serventur, providere pro cura nostra pastoralis volentes, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium adversus haereticam pravitatem generalium Inquisitorum in universa Republica Christiana a Sede praedicta specialiter deputatorum consilio, motu proprio, non ad alicujus Nobis super hoc oblatae petitioni instantiam, sed ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, Venerabili Fratri Didaco Episcopo Placent. Provinciae Compostellan. moderno, & pro tempore existenti generali Inquisitori in Regnis, Principatibus, & Dominiis praedictis a dicta Sede deputato, ut de cetero officia Inquisitorum, & notariorum de secreto nuncupatorum numeraria dumtaxat, & prout deponunt, acta ordinationes, & litterae praedictae, quibus certus Inquisitorum, notariorumque de secreto hujusmodi, & aliorum Ministrorum dicti Tribunalis praefixus est numerus, conferant, ac constituendis autem, seu deputandis supranumerariis, ex quacumque causa, praetextu, & occasione deinceps omnino abstineant, sub poena nullitatis eo ipso, absque aliqua declaratione omnium, & singularum electionum, deputationum, & collationum contra praesentium nostrarum litterarum tenore factarum, apostolica auctoritate, tenore earundem praesentium diserte praecipiendo mandamus, & ordinamus.

Clausula.

§.3. Sicque, & non aliter in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Inquisitores praedictos, illorumque Tribunalia, necnon S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & quoscumque alios quavis potestate fungentes nunc, & pro tempore existentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si fecerit super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariorum derogatio.

§.4. Non obstantibus Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, & synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon officii Inquisitionis, & Tribunalis praedictorum, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum die 21. Septemb. 1643. An. XXI.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die vigesima

tertia Septembris 1643. Pontificatus nostri Anno XXI.

DCCLXVI.

Quod Provincia S. Gabrielis moderetur cum solis statutis municipalibus, & gaudeat omnibus privilegiis aliarum Provinciarum Fratrum Discalceatorum, S. Francisci.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

Alias Nos, motu proprio, & ex certa scientia, meraque deliberatione nostra, deque apostolica potestate plenitudine, inter cetera alia, quod Provincia, & Custodia Fratrum Ordinis Minor. S. Francisci de Observantia Discalceatorum nuncupatorum pro tempore existentes in Hispaniarum, & Indiarum partibus per sua propria statuta, ordinationes, & leges gubernarentur, absque eo, quod generalibus totius Ordinis Statutis, & consuetudinibus subjacerent, quodque S. Gabrielis, & S. Didaci Provinciae eorumdem Fratrum Discalceatorum Hispaniarum perpetuo omnibus, & singulis privilegiis, & gratis spiritualibus, & temporalibus pro felici, prosperoque illarum regimine, & conservatione concessis haecenus, & imposterum concedendis a Sede Apostolica Provinciis S. Josephi, S. Joannis Baptistae, & S. Pauli eorumdem Fratrum Discalceatorum Ordinis hujusmodi, pariter Hispaniarum gaudent, & de illis participarent, decernimus, statuimus, & ordinavimus, & aliis prout in diversis nostris in simili forma Brevis litteris desuper expeditis, quarum tenores praesentibus pro sufficienter expressis haberi volumus uberius continetur.

Rescribit Brevia alia expedita pro Discalceatis.

§.1. Nunc autem Nos eandem S. Gabrielis Provinciam, illiusque Fratres Discalceatos hujusmodi pro illorum uniformiori perfectione, & puritate amplioribus favoribus, & gratis prosequi volentes, motu, scientia, deliberatione, & potestate plenitudine similibus, deque particularis Congregationis super negotiis dicti Ordinis deputate consilio.

Concedit prout in Rubric.

§.2. Quod Minister Provincialis dictae Provinciae S. Gabrielis Fratrum Discalceatorum hujusmodi in proxime celebrando ejusdem Provinciae Capitulo Provinciali ad Capitularem, seu aliam Domum Regulare dictae Provinciae Ordinis hujusmodi sibi beneficium, & per eum eligendam, ante, vel post ipsius Capituli Provincialis celebrationem, eos dictae Provinciae Fratres Discalceatos hujusmodi, qui alias Ministratus Provincialis munere functi fuerunt, convocet, & convocare debeat, qui sic convocati, & congregati cum definitorio eorum propria statuta, & ordinationes condant pro felici dictae Provinciae regimine, majorisque perfectionis, quoad vitam, & bonos

bonos mores conservatione, quam ipsa Provincia proficitur, statutaque, & ordinationes hujusmodi exacte, & summo cum rigore observentur, & per ea dicta Provincia, & illius Fratres Discalceati hujusmodi gubernentur absque eo, quod generalibus ipsius Ordinis, aut aliis statutis, & consuetudinibus subiacent, sed iis dumtaxat, quae ab ipsis congregatis, & definitorio edentur subsint.

§.3. Ac insuper, quod eadem S. Gabrielis Provincia, illiusque Fratres Discalceati hujusmodi omnibus, & singulis literis apostolicis, privilegiis, & gratis, tam spiritualibus, quam temporalibus concessis hactenus, & impofterum concedendis a Sede Apostolica primordialis eorumdem Fratrum Discalceatorum aliis Provinciis Hispaniarum, & Indiarum participant, & gaudeant, tenore praesentium statuimus, & ordinamus.

§.4. Mandantes propterea in virtute sancte obedientiae, ac sub excommunicationis eo ipso absque alia declaratione incurrendae, suorum officiorum privationis, aliisque arbitriis poenis omnibus, & singulis Ordinibus, & Provinciis hujusmodi Superioribus, & Subditis, cujuscumque status, gradus, & conditionis existant, ut praemissa omnia exacte, & accurate exequantur, & observent, & ab aliis exequi, & observari curent, aut faciant.

Decretum irritant.

§.5. Ac decernentes praesentes literas, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostrae, vel alio quopiam defectu notari, impugnari, redargui, infringi, retrahari, aut in jus, vel controversiam, adduci, vel revocari posse; sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Late-re Legatos, & Sedis Apostolice Nuncios, subblata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§.6. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apost. ac Ordinis, & Provinciarum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis eidem Ordini, & Provinciis, illorumque quibusvis Superioribus, Fratribus, & personis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad ver-

bum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad effectum praemissorum specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.7. Volumus autem, ut praesentium, transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quae praesentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Transumptis credi mandat.

Datum Romae apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 3. Octobris 1643. Pontificatus nostri Anno Vigesimo primo.

Datum die 3. Octobris 1643. An. XXI.

DCCLXVII.

Seminarium Praemonstratensium in Civitate Colonien. protectioni Congregationis de Propaganda Fide subicitur.

Ex Reg. in Sectar. hinc.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

§.1. Cum, sicut pro parte dilecti filii Vicarii Generalis Provinciae Rhena-nae Ordinis Praemonstraten. Nobis nuper expositum fuit, ipse Seminarium Canonico-regularium dicti Ordinis in Civitate Colonien. erectum sub protectione Congregationis Ven. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotio Propagandae Fidei praepositorum suscipi plurimum desideret.

Petitio Vicarii Generalis Provinciae Rhena-nae.

§.2. Nos ejusdem Vicarii Generalis votis in praemissis, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, & eum a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejusdem Vicarii Generalis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis, inclinatis, de ejusdem Congregationis consilio, attento quod Canonici Regularis Ordinis hujusmodi sub directione Episcoporum curam suscipiunt animarum, & quod Alumni in dicto Seminario instructi poterunt ad missiones in diversis locis Germaniae haerese infectis ab eadem Congregatione destinari sine ejus dispendio, cum Ordo praedictus multa habeat Monasteria in locis haereticorum, Seminarium praedictum protectioni dictae Congregationis, apostolica auctoritate, tenore praesentium, perpetuo supponimus, ac eidem Congregationi, ut illud sub sua protectione suscipiat iungimus.

Subiectio, de qua in Rubr.

Non

Derogatio constitutionum.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus apostolicis, ac quatenus opus sit Congregationis, & Ordinis praedictorum, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores, praesentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum die 10. Octobris 1643. An. XXI.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 10. Octobris 1643. Pontificatus nostri Anno XXI.

DCCLXVIII.

Prohibitio Auditoribus Sacrae Rotae Romanae, ac eorum Locatenentibus, & Studii Adjutoribus, &c. ne vota sua, vel fororum Coadjutorum, & alia, quae in Rota tractantur, cuiquam patefaciant.

Auditores Rotae Romanae, qua servent in procedendo, & quod praesent juramentum in ingressu officii, praescripta leguntur in Joann. XXII. Constit. XLII. Ratio juris. Tom. III. Par. II. fol. 195. Usdem Auditoribus Rotae Romanae multa indixit Paul. V. in Constitut. CXXXIX. Universi agi. Tom. IV. Par. IV. fol. 23.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii causarum Palatii Apostolici Auditores, quod etiam in eorum primo ingressu in Rota praesent juramentum de conservando secreto super omnibus, & singulis, quae in Rota, occasione disputationis causarum dicuntur, tamen eorum vota, sive suffragia in causis, & controversiis, quae in Rota Auditorio discutuntur, & alia, quae earundem causarum, eorumque Tribunalis ratione inter se tractant, & disputant, partibus litigantibus, seu aliis patefiant; indeque grave eidem Tribunali, Auditoribusque, seu Locatenentibus praedictis oritur, & in dies magis oriri potest praedictum, Nobis propterea dicti Auditores humiliter supplicari fecerunt, ut desuper opportuno providere remedio de benignitate apostolica dignaremur.

Rotae Auditoribus prohibet ne vota sua, & alia quae in Rota re. dantur, cuiquam patefaciant.

§.1. Nos igitur, ne metu evagationis Auditores praesatis, seu eorum Locatenentes a proferendis libere votis, seu suffragiis suis retrahantur, seu retrahi possint, justitiaeque administratione inde quoquo modo impediatur, quantum cum Domino possumus, providere volentes, & singulares dictorum Auditorum personas a quibus-

vis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinatis; De nonnullorum Romanae Curiae Praelatorum super hoc negotio a Nobis specialiter deputatorum consilio quascumque Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrorum hac super re editas Constitutiones innovantes, eisdem Rotae Auditoribus, ac eorum Locatenentibus nunc, & pro tempore in perpetuum existentibus, ne propria cujuslibet ipsorum vota, sive suffragia, in quibusvis causis, & controversiis, quae in eorum Auditorio pro tempore discutuntur, ulli omnino personae utriusque sexus, ac cujuscumque qualitatis, conditionis, status, dignitatis, & praeminentiae, etiam ecclesiasticae, & individuae mentione dignae, praeterquam suis Coadjutoribus, seu Locatenentibus, suorumque studiorum unicis Adjutoribus, ac alteri personae, cujus opera quemlibet Adjuvorem, seu Locutenentem in studendo uti oportebit, directe, vel indirecte, nunc, scripto, vel verbo, vel aliis quomodolibet sub quavis quantumvis colorato pretextu patefacere, aut ita loqui, ut ex eorum verbis de proprio, vel suorum Coadjutorum, seu Locatenentium suffragiis, seu votorum, tenoribus cognitio unquam haberi possit, nec etiam Coadjutorum suorum vota, sive suffragia cuiquam ullo modo patefacere, neque quinam ex ipsis votum, sive suffragium rulerint, necne significare directe, vel indirecte quoquo modo, nec ea, quae tam in eorum Auditorio, & Congressu, quam extra, & ubique locorum inter ipsos, sive collegialiter, sive non collegialiter dicta fuerint, sive causas, aut controversias in eorum Auditorio discussas, sive eorum Tribunal, & Auditorium, sive personas litigantium, seu informantium quomodolibet concernentia cuiquam, ut praemittitur, propalare, seu evulgare audeant, vel praesumant sub perjurii, & majoris excommunicationis latae sententiae, a quibus a nemine, etiam majori Penitentiario, & quocumque alio facultatem absolvendi generalem, etiam vigore Cruciatas, vel Jubilaei, etiam Anni Sancti, etiam in solo foro conscientiae habente, sed dumtaxat a Nobis, & pro tempore existente Romano Pontifice, praeterquam in mortis articulo unquam absolvi possint, eo ipso absque alia declaratione incurrendis poenis, apost. auctoritate, hac perpetuo valitura Constitutione nostra directe prohibemus, & interdicimus. Ceterum istdem Auditoribus, ut dicere, vel significare, valeant difficultates, ob quas resolutio in qualibet rotali discussione dilata, seu quomodolibet impedita, seu rationes, ac motiva, ob quae illa facta fuerint, seu quae in causa discussione adducta fuerint, partibus contententibus, sive collitigantibus, taci-

tacito tamen illius, seu illorum Auditorum, seu Locatenentium nomine, & cognomine, etiam Corresponsalium nuncupatorum, a quo, seu a quibus difficultates prefate excitatae, vel rationes, ac motiva etiam a partibus contententibus, seu collitigantibus deducta, probata, seu amplexa fuerunt, permittimus.

*Eorum Audi a iuribus iudicij.*

§.2. Quia vero valde inconueniens foret, ea, quae per ipsos Auditores, seu Locatenentes secreta teneri debent, ab eorum studii Adjuutoribus publicari, aut aliquo modo patefieri, ideoque singulis Auditorum, & Locatenentium prefatorum studii, ut vocant Auditoribus, necnon alteri personae, cuius opera quilibet eorumdem Auditorum, ac Locatenentium pro tempore in studendo, aliosque labores perferendo uti, ut supra dictum est, poterit, ne vota, sive suffragia, tam suorum, quam aliorum Auditorum, ac Locatenentium, aut si quid ex illis, quae, ut supra dictum est, in Auditorio, seu congressu dictorum Auditorum tractata, & dicta fuerint, aut quae resolutionem causarum, & negotiorum, ut praefertur, impederint, vel promoverint, quomodolibet resciverint, etiam minimum ulli omnino persona directe, vel indirecte, verbo, vel scripto, aut illa quoquo modo, ut praemittitur, patefacere, indicare, & significare pariter audeant, vel praesumant, sub poenis prefatis eo ipso incurrendis, modoque, & forma praemissis, ita ut etiam in foro conscientiae solum a Nobis, & Romano Pontifice, ut praefertur, absolvi possint, similiter extunc, prout postquam praefens nostra Constitutio ad eorum notitiam deducta fuerit, perpetuo prohibemus.

*Eodem iurato iuberi se observantur eandem Condit.*

§.3. Insuper, ut omnes, & singuli Auditores huiusmodi, praesentes quidem post huiusce nostrae Constit. promulgationem, posterius vero antequam possessionem officii Auditoris huiusmodi adipiscantur, in manibus pro tempore existentis S.R.E. Cardinalis Vicecancellarii, necnon dicti Auditoris studii, scilicet unus Adjuutor pro quolibet Auditore, seu Locum tenente, & altera dumtaxat persona, cuius opera dicti Auditores, & Locatenentes in studendo, ut praefertur, utentur in manibus suorum respective Auditorum, seu Locatenentium, sese hanc nostram Constitutionem ad unguem observaturos iurent, & jurare teneantur.

*Quam affigi praecipit.*

§.4. Necnon, ut quotannis in prima Rota mensis Octobris, quando ceterae Constitutiones Apostolicae dictum Tribunal concernentes legi solent, etiam haec nostra Constitutio cum illis legatur, ac ut eisdem Constitutionis copia in Bibliothecis, seu locis studii ordinarii Auditorum prefatorum, ita ut ab omnibus, quos illa concernit legi, nec illius ignorantia ab eis allegari queat, palam, & loco conspicuo affigi, & continuo affixa remanere debeat, volumus, statuimus, & ordinamus.

*Claufulas praeservatas adit.*

§.5. Praesentesque literas, & in eis contenta quaecumque nullo unquam tem-

pore de subreptionis, obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis nostrae, aut alio quopiam defectu notari, impugnari, vel redargui, in jus, vel controversiam revocari, vel ad terminos juris reduci posse, sed illas semper validas, firmas, & efficaces existere, & fore, & ab omnibus, quos illae concernunt, perpetuo inviolabiliter observari.

*Claufula sub. Jeta.*

§.6. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam praefatos Auditores, & Locatenentes, & S.R.E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & quosvis alios quacumque auctoritate fungentes, etiam Poenitentiariorum, nunc, & pro tempore existentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, ac interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Necnon eandem praesentes literas intelligendas esse, prout jacent, decernimus, & ut incurfus censurarum, & poenarum prefatarum aliquo modo non exculatur, ne eadem literae per quemquam, nisi per Nosmetipsos, & Romanos Pontifices Successores nostros declarentur, seu interpretentur, sub eisdem censuris, & poenis eo ipso incurrendis prohibemus.

*Contraria re. movet.*

§.7. Non obstantibus Apostolicis, ac in universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon dicti Tribunalis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indulgentiis, & Literis Apostolicis eidem Tribunali, & Auditoribus, & aliis praefatis, ceterisque quibuslibet in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & pluribus innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum omnium, & singulorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad effectum praemissorum specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

*Datum die 19. Novemb. 1643. An. XXI.*

Datum Romae apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 19. Novembris 1643., Pontificatus nostri Anno Vigesimo primo.

*Annao Nativitate Domini Jesu Christi millesimo sexcentesimo quadragesimo tertio, Indictione 11. Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D.N.D. Urbani divina providentia Papa Octavi, anno ejus vigesimo primo, die vero 23. Novembris, supradicta Litera Apostolica affixa, & publicata fuerunt in vasis Basilicae Principis Apostolorum de Urbe, in acie Campi Florae, & aliis locis solitis, & consuetis Urbis, per me Camillam Frisonum, Sanctiss. D.N. Papae Cursorem.*

*Pro D. Mag. Cursor. Joseph Massaus Curs.*

Con-

*Ex Regest. in Cur. Brno.*

Confirmatio Literarum Pauli V., & Gregorii XV. de approbandis iis, qui ad curam animarum Ecclesiarum Parochialium de Jurepatronatus Monachorum Claustralium Ordinis S. Benedicti Provinciae Tarraconen., et Regni Aragonum eliguntur.

URBANUS PAPA OCTAVUS

*Ad futuram rei memoriam.*

*Exordium.*

Provisionis nostrae debet prevenire subsidio, ut jus suum unicuique conservetur.

*Referre Literas Greg. PP. XV. die 6. Februarii 1608. editas.*

§.1. Proinde Nos tenore quarundam Literarum in forma Brevis fel. rec. Gregorii Papae XV. Praedecessoris nostri in favorem dilectorum filiorum Abbatum, et Monachorum Claustralium Ordinis Sancti Benedicti Provinciae Tarraconen., et Regni Aragonum emanatarum, et in Secretaria nostra ipsius Gregorii Praedecessoris repertum de verbo ad verbum transcribi, & praesentibus annotari fecimus, pro eo, quod hujusmodi tenore praedicti Abbates, & Monachi se indigere Nobis nuper significari fecerunt, qui quidem tenor talis est, videlicet. Gregorius Papa XV. ad futuram rei memoriam. Alias a fel. rec. Paulo Papa V. Praedecessore nostro emanarunt Literae tenoris subsequentes videlicet. Paulus Papa V. ad futuram rei memoriam. Ex injuncto Nobis desuper apostolicae servitutis officio ad ea, quae pro Ecclesiarum, praesertim regularium personarum quiete, & tranquillitate statuta, & declarata sunt, fovenda, & conservanda, quantum in Nobis est libenter intendimus, ut omnium querelarum, & litium occasionibus amputatis, liberius Creatori nostro juxta laudabilia eorum statuta famulentur; nuper siquidem pro parte dilectorum filiorum Abbatum, & Monachorum Claustralium Ordinis Sancti Benedicti Provinciae Tarraconen., & Regni Aragonum Nobis expositum fuit, quod licet alias per dilectos filios nostros S.R.E. Cardinales super interpretatione decretorum Tridentini Concilii deputatos in eorum Congregatione fuerit declaratum, Parochialium Ecclesiarum, & regularium Beneficiorum, quibus animarum cura incumbit, necnon Vicariorum perpetuarum Monasteriis, & aliis regularibus locis perpetuo unitarum, quae regularibus personis conferri, sive per seculares Presbyteros, & perpetuo Vicarios regi, & gubernari consueverunt, vacatione pro tempore occurrente minime liceat Locorum Ordinariis edicta proponere, & examen per concursum juxta Concilii Decretum Sess. 24. cap. 18. facere, sed satis tunc esse, ut regulares quidem personae Ecclesiarum praedictarum praeficiendae, a dilectis Locorum Ordinariis examinentur, & approbentur, seculares vero in Vicariis, & aliis Beneficiis praedictis instituendi, a Superioribus regularibus dicti Ordinis nominentur, examen autem, & approbationem ad dictos tantum Ordinarios, juxta fe. rec. Pii Papae V. Praedecessoris nostri Constitutionem pertinere, nihilominus nonnulli ex dictorum Locorum Ordinarii Provinciae, & Regni praedictorum declarationi hujusmodi minime, ut par est, acquiescentes, & decretorum d. Concilii verba ad eorum sensum, & voluntatem trahentes, Abbates, & Monachos praedictos in praemissis inquietare, & desuper molestare, ac eorum juribus privare non verentur; Quare Nos honestis, & justis hujusmodi precibus inclinati, opportunum praemissis remedium adhibere volentes, declarationi praedictae inhærentes, eamque harum serie approbantes, & confirmantes omnibus Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Locorum Ordinariis in Provincia, & Regno praedictis consistentibus praecipimus, & mandamus, Parochialibus, & aliis Ecclesiis, in quibus per praed. Ordinis Monachos animarum cura exercetur, & Vicariis perpetuis Parochialium Ecclesiarum, quibus pro earum cura seculares eligi, & deputari consueverunt, Monasteriis, & aliis locis Ordinis ejusdem perpetuo unitis pro tempore vacantibus edicta proponere, & concursum, juxta dicti Concilii decretum, minime de cetero facere praesumant, sed regulares Ordinis praedicti, ac seculares Clericos ab ejusdem Ordinis Abbatibus, & Monachis juxta dictam Constitutionem Pii V. debito tempore nominandos, si ab ipsis idonei reperti fuerint, absque edictis, & aliorum concursu in Parochialibus Ecclesiis, & Vicariis praedictis, admittant, & instituant, prout Nos admittendos, & instituendos esse decernimus; in super etiam volumus, & mandamus, quod in Parochialium Ecclesiarum, & Beneficiorum, curam animarum habentium, quae de ejusdem Ordinis jurepatronatu ecclesiastico existerint, & secularibus clericis conferri consueverint, earum vacatione quodcumque occurrente, quamvis per Episcopos praedictos ad concursum, & examen admitti possint alii, ultra eos, qui per ejusdem Ordinis Abbates, & Monachos patronos erunt nominati, nequeant tamen per eosdem Episcopos, si ad eos institutio, & non ad alium pertineat institui, & ordinari, nisi illi tantum, qui inter approbatos, & ab examinatore idoneos repertos, ab ejusdem Ordinis Praelatis Patronis, digniores, & magis idonei iudicati, & pro institutione recipienda eisdem Episcopis praesentati fuerint. Quod si institutio non ab ipsis Episcopis, sed ab aliis fuerit facienda, tunc quidem soli Episcopi ex dignis digniore eligere debeant, sed non ante ab eo, ad quem spectat, institui possint, quam ab eisdem patronis ei fuerint praesentati; Sicque in praemissis per eosdem, & alios quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum quibuslibet quavis aliter iudicandi, & interpretan-

ribus regularibus dicti Ordinis nominentur, examen autem, & approbationem ad dictos tantum Ordinarios, juxta fe. rec. Pii Papae V. Praedecessoris nostri Constitutionem pertinere, nihilominus nonnulli ex dictorum Locorum Ordinarii Provinciae, & Regni praedictorum declarationi hujusmodi minime, ut par est, acquiescentes, & decretorum d. Concilii verba ad eorum sensum, & voluntatem trahentes, Abbates, & Monachos praedictos in praemissis inquietare, & desuper molestare, ac eorum juribus privare non verentur; Quare Nos honestis, & justis hujusmodi precibus inclinati, opportunum praemissis remedium adhibere volentes, declarationi praedictae inhærentes, eamque harum serie approbantes, & confirmantes omnibus Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Locorum Ordinariis in Provincia, & Regno praedictis consistentibus praecipimus, & mandamus, Parochialibus, & aliis Ecclesiis, in quibus per praed. Ordinis Monachos animarum cura exercetur, & Vicariis perpetuis Parochialium Ecclesiarum, quibus pro earum cura seculares eligi, & deputari consueverunt, Monasteriis, & aliis locis Ordinis ejusdem perpetuo unitis pro tempore vacantibus edicta proponere, & concursum, juxta dicti Concilii decretum, minime de cetero facere praesumant, sed regulares Ordinis praedicti, ac seculares Clericos ab ejusdem Ordinis Abbatibus, & Monachis juxta dictam Constitutionem Pii V. debito tempore nominandos, si ab ipsis idonei reperti fuerint, absque edictis, & aliorum concursu in Parochialibus Ecclesiis, & Vicariis praedictis, admittant, & instituant, prout Nos admittendos, & instituendos esse decernimus; in super etiam volumus, & mandamus, quod in Parochialium Ecclesiarum, & Beneficiorum, curam animarum habentium, quae de ejusdem Ordinis jurepatronatu ecclesiastico existerint, & secularibus clericis conferri consueverint, earum vacatione quodcumque occurrente, quamvis per Episcopos praedictos ad concursum, & examen admitti possint alii, ultra eos, qui per ejusdem Ordinis Abbates, & Monachos patronos erunt nominati, nequeant tamen per eosdem Episcopos, si ad eos institutio, & non ad alium pertineat institui, & ordinari, nisi illi tantum, qui inter approbatos, & ab examinatore idoneos repertos, ab ejusdem Ordinis Praelatis Patronis, digniores, & magis idonei iudicati, & pro institutione recipienda eisdem Episcopis praesentati fuerint. Quod si institutio non ab ipsis Episcopis, sed ab aliis fuerit facienda, tunc quidem soli Episcopi ex dignis digniore eligere debeant, sed non ante ab eo, ad quem spectat, institui possint, quam ab eisdem patronis ei fuerint praesentati; Sicque in praemissis per eosdem, & alios quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum quibuslibet quavis aliter iudicandi, & interpretan-

Ecc di

di facultate, & auctoritate, ubique judicari, ac defini debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus premiffis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, & in Provincialibus Synodalibus Conciliis editis, statutis quoque, & consuetudinibus Ecclesiarum, & Monasteriorum predictorum, juramento, confirmatione apostolica roboratis, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis quibuscumque tenoribus, & formis, in contrarium quomodolibet concessis approbatis, & innovatis, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud Sanctum Marcum, sub Annulo Piscatoris die 6. Februarii 1608. Pontificatus nostri Anno III. Nunc autem volentes praesertim Literas suam, ut par est, effectum fortiri, supplicationibus Abbatum, & Monachorum predictorum Nobis super hoc humiliter porrectis, inclinatis, de eorumdem Cardinalium consilio, dilectis filiis Curiae causarum Camere Apostolicae generali Auditori, ac quibuslibet personis in dignitate ecclesiastica constitutis in dicta Provincia existentibus per praesentes committimus, & mandamus quatenus ipsi praesertim Literas, & in eis contenta quaecumque ubi, & quando opus fuerit, & quoties super hoc pro parte Abbatum, & Monachorum predictorum fuerint requisiti solemniter publicantes, eisque in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes faciant auctoritate nostra, easdem Literas ab omnibus, ad quos spectat, inviolabiliter observari, distosque Abbates, & Monachos illarum effectum, & commodo pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos desuper a quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebite molestari. Contradictores quoslibet, & rebelles per censuras, & poenas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, legitimisque super hoc habendis servatis processibus, censuras ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato, etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Non obstantibus felicis memorie Bonifacii Papae VIII. Praedecessoris nostri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate praesentium ad iudicium non trahatur, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus illis, quae in praesertim Literis concessa sunt, non obstante, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 10. Maii 1623. Pontificatus nostri Anno III.

Urbanus vero huiusmodi Literis transmissis, eisdem archiepiscopi mandavit.

§.2. Ceterum, ut dictus tenor sic insertus omnimodam rei, seu facti certitudinem faciat, volumus, ut illud idem robur, eandemque vim, & eundem vigorem dictus tenor in iudicio, vel alibi ubicumque fuerit ostensus, in omnibus, & per omnia habeat, quem haberent originales praedictae,

ac illi pariter stetur, sicut eisdem literis originalibus staretur, si forent exhibite, vel ostensa.

§.3. Per praesentes autem nullum jus cuiquam de novo acquiri volumus, sed antiquum tantummodo conservari.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 23. Novembris 1643. Pontificatus nostri Anno XXI.

D C C L X X.

Suppressio Ordinis SS. Barnabae, & Ambrosii ad Nemus.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Quantum ornamentis, & utilitatis proyenit Ecclesiae Catholicae ex institutis canonice religiosorum hominum Ordinibus, ubi ipsi in sanctitatis, & iustitiae semita coram Deo, & hominibus ambulantes, ceteris bonorum operum exemplo praelucere satagunt ad salutem, tantum ex adverso detrimenti, & scandali timendum est, quod ipsi religiosi a praescripta sibi vivendi norma, & vere virtutis via aberrantes in desidia, aliorumque vitiorum praecipua sede dilabuntur, cum in eos, velut in excelso christiane perfectionis monte collocatos, omnium oculi dirigantur, unde Nos, qui gregi dominico praepositi sumus, ut juxta verbum propheticum noxia evellamus, & destruamus, utiliaque plantemus, & edificemus, in eam curam peculiariter decet incumbere, ne oves morbidae ceteras perniciose contagione inficiant.

§.1. Cum itaque Nobis liquido constiterit, & constat, dilectos filios Fratres Ordinis Sanctorum Barnabae, & Ambrosii ad Nemus professores, nec monitionibus, nec obsecrationibus, aut correctionibus flecti potuisse, ut remedia salutaria reciperent, alicui studio ad Ecclesiae Dei utilitatem incumberent, aut futurae virtutis licet diutius expectatos, specimen ostenderent, sed fere omnes a proposito sibi vita praescripto aberrantes, cultus divini, & regularis disciplinae omni cura, & observantia rejecta in votorum transgressione assuetos, impunitos, & incorrigibiles in profundum malorum jam esse delapsos, habita super praemissis, & aliis eorum criminibus, & excessibus per nonnullos dilectos filios nostros S. R. E. Cardinales, ac Romanae Curiae Praelatos a Nobis desuper deputatos, matura, diligenti, ac diutina deliberatione, de eorumdem Cardinalium, & Praelatorum consilio.

§.2. Motu proprio, ac ex certa scientia nostra, ac de apostolica potestatis plenitudine harum serie extinguimus, suppressimus, & abolemus ordinem praefatum Fratrum Sanctorum Barnabae, & Ambrosii ad Nemus, una cum omnibus eius officijs, & dignitatibus, Generalatus, Vicarii

Claufula praeservativa.

Datum die 23 Novembris 1643. An. XXI.

Ex Regest. in Secret. Brev.

Exordium.

Causa suppressionis facienda.

Suppressio de qua in Rubr.

rii Generalis, Procuratoris Generalis, Provincialium, Priorum, & si quae sunt alia ejusdem Ordinis officia, & ministeria, privamisque Generalem, Vicarium, & Procuratorem Generalem, ac ceteros omnes ejusdem Ordinis professos modo existentes, eorum dignitatibus, administrationibus, officijs, & Beneficijs ecclesiasticis cum cura, & sine cura, necnon Domibus, Conventibus, & bonis immobilibus, mobilibus, & feroventibus, ubicumque existentibus, ac ipsorum omnium administratione, & possessione, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, necnon omnibus juribus, & actionibus ad eos quomodolibet spectantibus, & pertinentibus.

§.3. Praeterea omnia ejusdem Ordinis statuta, consuetudines, & Decreta, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegia quoque, indulta generalia, vel specialia, quibuscumque concepta sint formulis, necnon irritantibus, aliisque decretis, & vinculis roborata, quorum omnium tenores praesentibus haberi volumus pro expressis, revocamus.

§.4. Ac insuper eisdem Fratribus tollimus omnem facultatem, usum, & auctoritatem Generalia, Provincialia, & alia Capitula, Congregationes, seu Dietas quocumque prae-textu, vel quaesito colore convocandi, seu celebrandi.

§.5. Omnesque Fratres ejusdem Ord., qui ad praesens reperiuntur professi, cura, regimini, gubernio, atque omnimoda jurisdictioni, visitationi, & correctioni Ordinariorum supponimus, dando eisdem Ordinariis facultatem, Fratres in proprijs Diocesis existentes, in uno, aut pluribus Conventibus cujuscumque Diocesis, nunc, & pro tempore collocandi, & removendi, prout eis in Domino magis videbitur expedire, reservata tamen eisdem Fratribus facultate transfundi ad quancumque aliam Religionem, etiam laxiorem a Sede Apostolica approbatam, petita tamen prius, & obtenta desuper a Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, negotijs, & consultationibus Episcoporum, & regularium praepositis, debita licentia, eos autem, qui professionem nondum emiserunt, & novitii existunt, detracto eis per locorum Ordinarios religionis habitu ex professorum consortio, & Domibus expelli, & ad proprias Domo remitti volumus.

§.6. Ac iisdem Fratribus prohibemus, ne imponerem quemquam expulso, aut alium quemcumque, etiam voveatum ad habitum, seu professionem ejusdem Ordinis recipiant, vel admittant, aut novos Conventus, Domo, seu loca regularia recipiant, vel acquirant, alias eorum receptio, & professio nulla sit, & invalida ad quemcumque effectum, & nec in genere, nec in specie obliget ad religionem, novorumque Conventuum, Domo, seu locorum receptionem, & acquisitiones viribus, & effectu careant; & contrafacientes excommunicationis sententiam, a qua

Bull. Rom. Tom. VI. Par. II.

nonnisi a Nobis, & pro tempore existenti Romano Pontifice, praeterquam in mortis articulo absolvi possint, eo ipso, & absque alia declaratione incurrant.

§.7. Ceterum intendentes divino cultui, Ecclesiisque, Conventibus, Domibus, ceterisque locis, & bonis per huiusmodi suppressionem vacantibus prospicere, & providere omnia Beneficia Ecclesiastica cum cura, & sine cura, necnon Ecclesias, Conventus, Domo, Loca, praedia, & bona immobilia, mobilia, & feroventia, suppellectilem, tam sacram, quam profanam, res, actiones, & jura quaecumque ad Ordinem praefatum quomodolibet spectantia, & pertinentia, eorumque administrationem, & dispensationem debitum eorum supportatis oneribus, quibus nullo modo derogare intenditur, cura, regimini, gubernio, administrationi, & dispensationi Ordinariorum, in quorum Diocesi sunt sita reservamus, cum infra scriptis conditionibus, & non alias, aliter, nec alio modo, ut de eorum fructibus, & redditibus necessaria ad victum, & vestitum professorum in ordine sic, ut praemittitur, per Nos tenore praesentium suppressio remanentium proportionabiliter prius subministrare teneantur, tunc si quid supererit, portiones insuper professorum pro tempore decedentium, vel ad aliam transeuntium, relictis iis, quae ad victum, & vestitum superfluum, atque alia onera ipsis imposita subeunda, manutentioni Ecclesiarum, Conventuum, Domo, Terrarum, Praediorum, seu aliorum bonorum, eorumque fructuum, & reddituum recollectioni, & exactioni fuerint necessaria, in usus pios locorum cujuscumque Diocesis, ubi Conventus ipsi, & bona, ut supra sunt sita per eisdem locorum Ordinarios applicentur; de Ecclesijs autem Conventibus, domibus, locis, bonis tam mobilibus, quam immobilibus, & feroventibus, suppellectile sacra, vel profana, juribus, & actionibus supradictis, cum nulli, vel pauci erunt ejusdem Ordinis professi superfluites, iidem Ordinarii quisque in propria Diocesi tantum ad usus pios, ut supra, disponere quid em possint, sed eorum dispositiones, & applicationes suam non fortiantur effectum, donec a Nobis, & pro tempore existente Romano Pontifice habita prius relatione dictis Cardinalibus negotijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositis, confirmationem obtulerint, alias eorum dispositiones, applicationes, & provisiones nulla sint, & invalidae.

§.8. Decernentes praesentes literas, etiam ex eo, quod Superiores, & alii Fratres dicti suppressi Ordinis, & ceteri quicumque in praemissis interesse habentes, seu habere quomodolibet pretendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, & auditi fuerint, nullo umquam tempore de subreptionis, obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu intentionis nostrae, aut alio quovis defectu, etiam quantumvis magno, inexcogitato, & substantiali, sive

Ecciam

Circa Beneficia, non per collectas necessarias capi potest.

Claufula apponit.

Ad huc etiam omnia decreta, & Constituta ejusdem Ordinis irritat.

Eisdemque Fratribus Capitula convocandi facultatem tollit.

Quos Ordinarios visitationi subicit.

Cum facultatibus eisdem Ordinariis opponitur.

Nonnullaque alia prohibet, & decernit circa eisdem Fratres.